¶ Cōiuratio malignoꝝ spirituū in corporibus hominū existentiū/prout fit in sancto Petro.

¶ Secundū Matheum.

CVm natus esset iesus in bethleem iude in diebus herodis &c̄. ¶ Secūdū Lucā. In illo tpe. Missus est angelus Gabriel a deo in ciui tatem &c̄. ¶ Secundū Marcum. In illo tpe Recumbentibus vndecim discipulis / apparuit illis iesus: & exprobrauit incredulitatē illoꝝ &c̄. ¶ Secundū Ioannem. In principio erat ver bum &c̄. ¶ Secundum Lucam.

In illo tpe. Descendēs iesus Capharnaū ciuitatē Galilee: ibiq̄ docebat illos sabbatis: & stupebāt in doctrinis eius: quia in potestate erat sermo eius. Et in synagoga erat homo hn̄s demonium īmundū: & exclamauit voce magna dicēs. Sine quid nobis & tibi iesu nazarene/ venisti perdere nos? scio te quis sis dei sanctus. Et increpauit il lum dicēs. Obmutesce/ & exi ab illo. Et cū proie cisset illud demoniū ī medio exit ab illo/ nihilq̄ illi nocuit. Et factus est pauor in omnibus: & col loquebant̄ ad inuicem dicētes. Quod est hoc verbū: quia in potestate & virtute imperat ī mun

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

dis ſpiritibus/& exeunt. Et diuulgabat fama de
illo in om̄nem locū regionis. ¶Oratio.
¶Dñe deus propitius eſto mihi pc̄tōri: qui oēs
homines vis ſaluos fieri: & ad imaginē & ſimili
tudinē diuinitatis tue nos feciſti: ſuſcipe oratio-
nem/quā pono ante conſpectum clementie tue
pro famulo tuo. N. quia a demonio vexatus eſt:
ipm̄ ad tuā miſericordiam peruenire concede.
Per dn̄m nr̄m. ¶Alia Oratio.
¶Obſecro te dn̄e ieſu xp̄e: vt extrahas oēs lan-
guores ab omnibus mēbris huius hominis a ca
pite/a capillis/a cerebro/a fronte/ab oculis/ab
auribus/a naribus/ab ore/a lingua/a dentibus/a
faucibus/a gutture/a collo/a dorſo/a pectore/ab
vberibus/a corde/a ſtomacho/a lateribus/a car-
ne/a ſanguine/ab oſſibus/a tibijs/a pedibus/a di
gitis/a planta/a medulla/a neruis/a cute/& ab oī
cōpagine mēbroꝝ eius. Exaudi dn̄e ieſu xp̄e me
miſerrimū peccatorē: tibi ſit virtus poteſtas &
imperiū in ſecula ſeculoꝝ. Amen.
¶Exorciſo te im̄unde ſpiritus in nomine dei pa
tris oīpotentis ✠ & in nomine ieſu xp̄i filii eius
✠ & in virtute Spiritus ſancti ✠ vt recedas ab
hoc famulo dei. N. ¶Ipſe tibi imperat male-

dicte diabole: qui siccis pedibus sup mare ambu
lauit/ & Petro mergenti dexterā porrexit / q̄ ce
co nato oculos aperuit/ & quatriduanū Lazarū
a monumēto suscitauit. ¶ Erige maledicte dia-
bule/ recognosce sententiā tuā: & da honorē deo
viuo & vero: da honorē iesu xp̄o filio eius & spi
ritui sancto paraclito / & recede ab hoc famulo
dei. N. per hoc signū sancte ✠ crucis / quod nos
fronti eius damus/ tu maledicte diabole nūq̄ au-
deas violare / neq̄ in eo p̄sumas amplius stare.
Exi foras ab eo sathana & da locū spū sancto pa
raclito. Exi foras spiritus īmunde ab hac crea-
tura dei.

¶ Oratio.

¶ Deus angelorum: deus archangelorum/ deus apo
stolorum/ deus martyrū/ deus confessorum/ deus vir-
ginum / deus pater dn̄i nostri iesu xp̄i: inuoco
nomen sanctum tuū / ac preclarā maiestatis tuę
clementiā humiliter posco: vt mihi auxiliū p̄sta
re digneris aduersus hunc nequissimū spiritum:
vt vbicūq̄ lateat/ audito tuo sancto nomine velo
citer exeat & recedat. ¶ Ip̄e tibi imperat male-
dicte diabole: qui ventis & mari ac tēpestatibus
impauit. ¶ Ip̄e tibi imperat maledicte diabole:

qui te de supnis celoꝝ i inferiora terre demergi precepit. Ipe tibi impat maledicte diabole: qui te retrorsum redir pcepit. Audi ergo Sathana & time: victus & pstratus recede adiuratus i noie dñi nri iesu xpi. Tu ergo nequissime spiritus/inimicus humani generis/ mortis raptor / iusticie declinator/maloꝝ radix/ fons vicioꝝ/ seductor hominũ/percussor gentiũ/incitator inuidie/causa discordie/origo auaritie/excitator doloꝝ/magister demonũ/qd stas & resistis: cũ scis ipm pdere vires tuas. Mendax es/ & scis illum qui in isaac est imolatus: in ioseph venundatus imagine occisus est: & in hoie est crucifixus: deinde sis ab eo separatus. Recede in noie pa ✠ tris & fi ✠ lii & spiritus ✠ sancti: & da locum spiritui sancto per hoc signũ sancte ✠ crucis dñi nri iesu xpi: q venturus est iudicare viuos & mortuos & seculũ per ignem Amen.

¶Officiũ sup hiis qui a demonibus vexant.
In primis dicit Dñs vobiscũ. ꝝ. Et cũ spũ tuo. Initiũ sci euãgelii sm Ioanuẽ. ꝝ. Glia tibi dñe. In principio erat verbũ zc. Aliud euãgeliũ sm Marcũ. Dixit iesus zc. Eeũtes in mundũ vniuersum predicate euãgeliũ zc. Postea dicit Pr nr.

& Aue maria. Sequitur Oratio.
¶ Dñe sancte pr̃ omnipotens: qui consubstantia
lem & coeternũ tibi ante oĩa secula filium ineffa
bilem genuisti: cũ quo atq; cũ sancto spiritu ex
eodemq; filio procedentẽ: celũ terrã omnia que
cũq; existunt visibilia & inuisibilia creasti. Hic
flectunt genua dicẽdo. Te adoro/ Te laudo/ Te
glorifico/ Teq; bñdico: esto queso ꝓpicius huic
miserrimo pctõri: & ne despicias eũ opus ma-
nuũ tuaꝝ: sed salua & adiuua eũ ꝓpter nomẽ san
ctũ tuũ. Deinde stando dicit Gloria in excelsis
deo &c. ¶ Oratio.
¶ Dñe iesu xp̄e fili dei viui: qui es verus & oĩpo
tẽs splẽdor & imago pr̃is & vita eterna: cui vna
est cũ pr̃e scõq; spũ equalis honor/ eadẽq; gloria
coeterna maiestas. Hic flectũt genua dicẽdo Te
adoro Te laudo Teq; glĩfico/ ne hũc obsecro fa-
mulũ tuũ pire patiaris: sed salua & adiuua eũ gr̃a
misericordie tue: quẽ p̄cioso sanguine tuo redi-
mere dignatus es Amẽ. Hic dr̃ Credo. Orõ.
¶ Dñe sancte pr̃ deus oĩpotens: qui cõsubstãtia-
lis coeternus & coequalis patri filioq; existẽs: &
ab eis inenarrabiliter procedẽs: & sup eundem
dñm nr̃m iesum xp̄m in columbe specie: & sup

Apostolos in linguis igneis descẽdisti. Hic flectũt genua dicẽdo. Te adoro Te laudo Te benedico Teq; glorifico/repelle queso ab hoc famulo tuo tenebras totius noctis iniquitatis & perfidie: accẽde in eo lumẽ tue misericordie: & ignẽ suauissimi & sctĩssimi amoris tui. Dñe iesu xp̃e fili gloriosissime semp virginis Marie precor te per sanctã incarnationẽ tuã parce isti per sanctã natiuitatem tuã. Dñe iesu xp̃e parce isti p presepium in quo iacuisti. Dñe iesu christe parce isti per baptismũ & sanctum ieiunium tuum. Domine iesu xp̃e parce isti per sanctam crucem & passionem tuam. Domine iesu xp̃e parce isti per sanctos electos tuos. Dñe iesu xp̃e parce isti per spinas corone tue. Dñe iesu xp̃e parce isti p quinq; plagas tuas. Domine iesu xp̃e parce isti p alaphas & acetum felle mixtũ. Dñe iesu xp̃e parce isti per sanctũ sanguinẽ & aquã: qui de tuo latere emanauerunt. Domine iesu xp̃e parce isti p sanctam resurrectionẽ tuã. Dñe iesu xp̃e parce isti per sanctã ascensionem tuam. Dñe iesu xp̃e parce isti per sanctũ Spiritum paraclitum. Dñe iesu xp̃e parce isti per venturum iudicium tuum Dñe iesu xp̃e parce isti per maiestatem tuam.

Domine iesu xpe parce isti per gloriã regni tui. Domine iesu xpe parce isti & libera eum a pctis suis: & inimicis suis visibilibus & inuisibilibus: & da illi partẽ cũ sanctis tuis ĩ vita eterna Amẽ.
¶ In nomine pa ✠ tris & fi ✠ lii & spiritus ✠ sancti Amen. Psalmus.
¶ Iudica dñe nocẽtes me: expugna ĩpugnãtes me. Apprehẽde arma & scutũ: & exurge in adiutoriũ mihi. Effunde frameã & cõclude aduersus eos qui psequũt me: dic anime mee salus tua ego sum. Gloria pri &c. ¶ Oratio.
¶ Deus qui per vnigentũ tuũ exclusa dãnatione diaboli populũ tibi fidelẽ aptasti: expelle quesumus a famulo tuo. N. cunctas diabolicas illusiones & insidias: & eũ illibatũ ab omni eius impugnatione cõserua. Per eundẽ. ¶ Oratio.
¶ Deus celi/deus angeloꝝ/ deus archangeloꝝ/ deus Prophetaꝝ/deus virginũ/deus qui potestatem habes donare vitam post mortem: requiem post laborẽ/qa nõ est alius pter te dñe: nec pot esse creator celi & terre: q rex es: & regni tui nõ erit finis/hũiliter maiestati & glorie tue supplico vt hunc famulũ tuũ. N: de ĩmundis spiritibus liberare digneris. Per dñm.

⁋Memento Lucifer quomodo cecidisti de celo qui mane oriebaris/corruisti ĩ terrã/ q gẽtes vul nerabas/qui dicebas in corde tuo: Sedebo ĩ mõ tẽ testimonii in lateribus aquilonis: ascendã sup altitudinẽ imbriũ & similis ero altissimo. Verũ ad infernũ traheris ad improfundũ laci: qui te viderunt ad te inclinabuntur/teq prospicientes. Nũquid isti qui conturbãt terrã: qui concussit re gna: qui posuit orbem desertũ: & vrbes eius de struxit: vinctis eius nõ aperuit carcerem: oẽs re ges gentiũ dormierũt vniuersi in gloria viri in domo sua: tuo aũt proiectus es de sepulchro tãq inutilis pollutus inuolutus: qui interfecti sunt gla dio: & descẽderũt ad fundamẽta laci: suoq cada ueri putredo nõ habebis consortiũ: neq cũ eis sepulchrũ in terram dispersisti: tu populũ occidi sti: nõ vocabitur in eternũ semen pessimorũ pre parare filios eius occasione iniqtatis patrũ eorũ nõ surgent/nec hereditabunt terram/nec imple bunt faciem orbis terre ciuitatũ / & confugam super eos dicit dñs exercituũ.

⁋Oratio.

⁋Descendens iesus de mõte stetit in loco cãpe stri: et turba discipulorũ eius/et multitudo plebis

copiosa ab omni iudea et ierusalē et maritima et tyri & sidonis: qui venerāt vt audirēt eū: & sanarent a languoribus suis: & qui vexabant a spiritibus imundis curabant: & oīs turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat / & sanabat omnes. ¶Oratio.

¶Eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi/ doce me facere voluntatē tuam/ quia deus meus es tu. ¶Oratio.

¶Munus nostre humilitatis pro petitione famuli tui oblatū petimus dñe gratanter accipe: & ab eius oppssione maligni insidias/ oēm q; potestate benignus exclude. Per dñm. ¶Oratio.

¶Dñe deus virtutū suscipe pces: quas tibi offerimus pro famulo tuo. N. & piice inimicos & aduersarios tuos Sathā/ & oēs sibi subiectos demones: vt amplius nō habeant ptātem in hoc famulo tuo. N. molestandi/ fatigandi/ seu vexandi eū/ neq; durandi in eo: quia in te dñe sperauit/ non confundar ineternum: sed in iusticia & fortitudine tua libera eum. ¶Oratio.

¶Eterne deus: qui es deus abraam / deus isaac/ deus iacob / deus moysi & aaron / deus thobie & helie: te sempiternum deum deprecamur

vt famulũ tuũ. N. iubeas de tẽptationibus & vexationibus demonũ malignorũq; spirituũ liberari: quia spũs ĩ mũdi fuerũt ab initio semp̱ fallaces: & nũq̃ steterunt in veritate/ sed semp in malicia iniquitatis & sup̱bie/ vanitatis & inuidie & cupiditatis p̱steterũt: qui famulũ tuũ variis p̱turbationibus fatigant. Iube igit angelis tuis benignis: vt destruant istos humani generis inimicos: vt antiqui isti serpẽtes crudelissimi languescant/ & omnes socii eoꝝ: eosq; percuti facias sicuti p̱cussisti in ira & furore tuo Sodomã & Gomorram: sic eosdẽ inimicos & aduersarios tuos ad nihilũ redigi: ac in p̱ditionem descendere iubeas: quia presentẽ famulũ tuum. N. miserabiliter fatigant/ & de corpore conant: vt amplius in corp̱e eius latitare nõ possint: quod nõ fecerunt: nec in eius anima/ quam tu diuinitus infudisti potestatem habeãt: neq; in vllo vestimẽto eius: vel indumento/ seu in compaginibus mẽbroꝝ seu corporis eius/ malignitas eoꝝ vim aliquã obtinere valeat: quoniã tu dñe fecisti de limo terre ossa & neruos eius: & spiritũ dedisti. Et ideo propter honorẽ nominis tui dñe: & filii tui dñi nri iesu xp̄i/ & virtutẽ spiritus sctĩ: atq; sanctissime

✠ crucis dissipent demones a corpore & anima famuli tui/ & pergant ad penarum loca/ ipsis a te preparata/ quia tu dñe nõ auro/ nec argento/ nec gẽmis preciosis comparasti: sed sanctissimo corpe & sanguine tuo p passionem tuã nos redemisti: Iesu xp̃e saluator mundi: quã maiestatem tuam laudant angeli. ℭ Oratio.

ℭ Multitudo languentiũ: & qui vexabant a spiritibus ĩmundis veniebãt ad eũ: quia uirtus de illo exibat & sanabat omnes. ℭ Oratio.

ℭ Celestis hic panis/ quem sumpsimus dñe & nobis indulgentiã tribuat: & famulũ tuũ ab hostis antiqui irrisione defendat. Per dñm nr̃m iesum xp̃m. ℭ Oratio.

ℭ Oĩpotens deus/ eterna medicina/ exaudi nos pro famulo tuo depcantes: & da ei verã humilitatẽ/ veram penitentiã & virtutẽ/ & fac eũ relinquere vanas pompas diaboli/ & angelorum eius apostaticorum: & ipm famulũ tuũ. N. ab eorum potestate liberare digneris/ sicut liberasti Adã de inferno/ Petrũ de carcere/ Paulũ de vinculis/ Susannam de falso crimine/ Luciã de lupanari: qui iussisti Paraliticũ tollere grabatũ suũ & ambulare/ Lazarũ de monumento surgere/ Israeliticum

populũ per mediũ maris transire. Ionā de vẽtre ceti: de sidonia tres pueros de camino ignis ardẽtis liberasti. Danielẽq; de lacu leonũ. Dauid de gladio maligno. Mariā magdalenā de septẽ demoniis eripuisti: ita dñe liberare digneris famulum tuũ. N. ab antiquis psecutionibus. Oramus te dñe/ quesumus omnipotens deus vt spiritus iniquitatis nõ habeat amplius potestatem in famulo tuo: & pax dñi nr̄i iesu xp̄i: per quẽ redempti sumus/ vt nulla mala timeamus/ quia ip̄e nobiscũ est. Per eundẽ. Postea dicet: Initiũ sancti euangelii ſm Io. Gloria. In principio &c̄. Psal. Deus in nomine Deus in adiutoriũ meũ intẽde In dño cõfido. Quid gloriaris. cũ letaniis et orõnibus. s. Deus cuius ppriũ &c̄. Postea dicet hec cõiuratio. ¶ Cõiuro te diabole p patrẽ & filiũ & sc̄m sp̄m: & p Patriarchas & Prophetas Ap̄los Euãgelistas/ martyres/ cõfessores/ virgĩes & oẽs sanctos & sanctas dei: q quottidie & semp Regẽ dñoꝝ laudãt & glorificicãt ip̄m in throno sedentem/ & per dñm nr̄m iesum xp̄m te cõiuro vt recedas ab hoc famulo dei. N. ¶ Cõiuro te diabole per passionẽ dñi nr̄i iesu xp̄i: quã recepit pro humana generatiõe / vt recedas ab hoc famulo


dei.N. ¶ Cõiuro te diabole p sctãm crucem in qua dñs nr̃ iesus xp̃s fuit suspensus vt recedas ab hoc famulo dei.N. vt nõ possis te celare in corpore suo: nec in mẽbris suis/nec in capite suo. ¶ Cõiuro te diabole p clauos dñi nr̃i iesu xp̃i: qbus manus & pedes eius ĩ cruce cõfixi fuerũt vt recedas ab hoc famulo dei.N. vt nõ possis te celare in ore suo nec ĩ capite. ¶ Cõiuro te diabole per lanceã quã habebat Longinus: qua latus dñi nr̃i iesu xp̃i pforauit: & inde exiuit sanguis & aqua: vt nõ possis te celare in gutture suo / nec in lingua/nec sub lingua/nec ĩ aliqbus mẽbris eius ¶ Cõiuro te diabole per mortẽ & sepulchrũ xp̃i a quo tertia die resurrexit a mortuis/vt nõ possis te celare in visceribus suis: nec in interioribus. ¶ Cõiuro te diabole per resurrectionẽ dñi nr̃i iesu xp̃i: in qua apparuit discipulis suis dicẽs. Ego sum nolite timere: & precepit eis dicens. Ite in mũdũ vniuersum & pdicate euãgeliũ omni creature: q crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: qui vero nõ crediderit cõdẽnabit. Per verba supradicta cõiuro te et admoneo: vt r̃cedas ab hoc famulo dei.N. ¶ Cõiuro te diabole p ascensionem dñi nostri iesu christi: vt recedas ab hoc

famulo dei.N. ¶ Alia cõiuratio. Cõiuro te diabole per Spiritũ sanctũ altissimũ paraclitũ: quẽ dñs noster iesus xp̃s mandauit discipulis suis in linguis igneis: vt recedas ab hoc famulo dei.N; & amplius non reuertaris/ nec reuerti facias aliquẽ super eũ. Et sicut deus separauit celũ a terra/ veritatem a mendatio/ bonum a malo/ dulce ab amaro / sic tu sis separatus ab hoc famulo dei: & amplius nõ possis appropinquare ei: nec eum succumbere: nec te dirigere de die nec de nocte nec fornicare / nec spumare / nec dolũ facere in nulla hora/nec in momento/nec dũ steterit/nec dũ ambulauerit/nec dum dormierit/nec dum uigilauerit/nec aliqua ratione/ nec dum manducabit/nec dum bibit/nec dum aliquod opus fecerit nec possis contra hunc famulũ dei aliquod malũ facere: nec per aliquam reuelationem ad aliquã personam viuentem in terrã dare/nec offendere nec facias eũ offendi/nec aliquod malum possis contra eum exequi: nec alicui persone molestiã dare possis / nec aliquem ĩmũdum spiritum in tuo adiutorio cõuocare possis / nec super hunc famulum dei.N. stare possis/ nec ipm̃ dissipare: nec violare.

¶ Cōiuro te diabole: & spūs imunde per deū patrem omnipotentē: & per iesum xpm filiū eius vnicū dnm nrm: & p spiritū paraclitū altissimū: & per duodecim Apostolos: & per quattuor Euāgelistas: & per duodecim Prophetas: & per quattuordecim Seniores te cōiuro: & per oēs inuocationes sanctorū te cōiuro: qui quottidie & semp diebus noctibus Regem deū sunt laudantes & glorificantes in secula seculorū. Amē.
¶ Cōiuro te diabole & spūs neqssime per quattuor partes mūdi/ vt pdas & dimittas locū istum vbi manes/ & vadas/ nec iterū reuerti possis ad ipm: nec ad aliquā aliam personam: sed recedas cū aliis imundis spiritibus: & dimittas istū locū: & vade vbi tibi dixi. Et sicut fluit cera a facie ignis: & pereunt peccatores a facie dei: & sicut sal perit in aquā: sic fugeas pereas & ad nihilū sis deductus. ¶ Alia cōiuratio.
¶ Cōiuro te diabole spiritusq3 apostatice p sanctum Michaelē: per sanctū Gabrielē: per sanctum Raphaelē: & per sanctū Vrielē: & per oēs angelos & archangelos: & per nouem choros angelorū: & per oēs virtutes celorū Principatus & Potestates/ Thronos & Dominationes

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cherubin & seraphin deo p̄ri obediētes & ip̄m semp̱ laudantes & glorificātes in secula seculoꝝ Amen. ¶Alia cōiuratio. Cōiuro te diabole per omnes sanctos veteris testamēti: qui sunt in paradiso: & in gloria dei p̄ris omnipotētis: & p̱ gloriosam virginē Mariam: que fuit virgo ante partū/ & in partu/ atq; post partum: & concepit dominū nr̄m iesum xp̄m saluatorem & redemptorem mūdi: & per omnes sanctos Patriarchas & Prophetas/ Ap̄los/ Euangelistas/ Martyres/ Cōfessores/ doctores/ & virgines: & per omnes virtutes dei. Cōiuro te vt nō habeas potestatem neq; licentiam standi in corpore famuli dei. N. quia deus fecit eū ad similitudinem suā. Nec te latuit Sathana & Belzebuch īminere penas & tormenta/ que subuenient tibi in die iudicii/ & in die sempiterno/ qn̄ deus venturus est iudicare viuos & mortuos/ velud clibanus ardēs in terra cū vniuersis sociis tuis & angelis malignis in signū vādas/ & proinde intus dānatus per infinita secula seculoꝝ Amen.



FINIS

